

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum sit maxima virtutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

QVAEST. XXX.

**H**omil. 34. in  
Evang. non  
lōge a pri-  
cipio.

ferunt homini estimationem, quod sit aliquid in futurum passurus. Unde tales dum sunt in hac dispositione, non miserentur, secundum illud Prover. 27. Ira non habens misericordiam, neque erupens furor. Et ex simili ratione superbi non miserentur, qui contemnunt alios, & reputat eos malos. Vnde & Greg. \* dicit, quod falsa iustitia, scilicet superborum, non habet compassionem, sed designationem.

**¶ Super quælibet trigesimæ articulum ter- rium.**

ARTICVLVS III.

**V**irtus misericordia sit virtus.

**I**n q. 30 art 3. no-  
ta, quod si non pe-  
nitras specialis &  
communem rationem  
boni, secundum quam  
distinguitur chari-  
tas & misericordia,  
uide articulum princi-  
pium sequentis quo-  
tions in corpore, &  
ad ultimum, quia sic  
clara erunt tibi oia.  
**¶ Secundo nota,** qd  
in responsione ad le-  
candum ly, ut ibidē  
dicitur, referunt non  
solum ad ultimam sen-  
tentiam, s. & ab eodem  
more descendens,  
sed ad penultimam  
et, s. & utrumque est  
laudabile, ita quod  
author non afferit:  
sed recitat utrumq.  
est laudabile secundum  
sententiam Aristotelis.  
Inferius ait  
ipse reprehendit hoc  
dictum Aristotelis,  
authoritate scripturae  
in loco proprio, s.  
in tractatu de iudicia.

**In coni-  
uersatione Ca-  
tilinae, in c.  
exiuit nro? et,  
Cesaris oratio, in  
prin. illius.**

\* li. 2. Rhet.  
e. 9. in prin.  
Ca. 9. i. pri-  
cip. ro. 6.  
  
¶ 2 Prat. Nihil quod est contra-  
rium uirtuti, est laudabile, sed ne-  
mesis contrariatur misericordia, ut  
Philosoph. dicit in \* 2. Rhetor.  
nemesis autem est passio laudabilis,  
ut dicitur in \* 3. Ethico-  
rum: ergo misericordia non est  
virtus.

**¶ 3 Preter.** Gaudium, & pax non  
sunt speciales uirtutes, quia con-  
sequuntur ex charitate, ut supra  
dictum est: sed etiam misericordia consequitur ex  
charitate, sic n. ex charitate flemus cum flentibus, si-  
cut gaudemus cum gaudientibus: ergo misericordia non est specialis uirtus.

**¶ 4 Prat.** Cum misericordia ad vim appetitivam per-  
neat, non est uirtus intellectualis, nec est uirtus theo-  
logica, cu non habeat Deum pro obiecto. Similiter  
etiam non est uirtus moralis, quia neceps circa opera-  
tiones: hoc enim pertinet ad iustitiam. Nec est circa  
passiones: non enim reductetur ad aliquam duodecim medictatum, quas Philo ponit in \* 2. Ethic.  
etiam misericordia non est uirtus.

**LIB. 9. CA. 5.  
ante mediū,  
tom. 5.**  
**In fine o-  
rationis pro  
Q. Ligario q  
incipit: No-  
num crimen.**

**LIB. 9. CA. 5.  
circum mediū,  
tom. 5.**

**SED CONTRA** est, qd Aug. dicit in 9. de ciuit.  
Dei. Longe melius, & humanius, & piorum sensib.  
accommodatus Cicero in Cœlariis laude locutus  
est, ubi ait. Nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior  
negociator misericordia est: ergo misericordia est  
uirtus.

**RESPONDEO.** Dicendum, quod misericordia im-  
portat dolorem de miseria aliena. Iste autem dolor potest  
nominare uno quidem modo motum appetitus sen-  
suum, & secundum hoc misericordia passio est, & non  
uirtus: Alio uero modo, potest nominare motum appetitus  
intellectu, secundum quod alicui displicet  
malum alterius. Hic autem motus potest esse secundum  
rationem regulatus, & potest secundum hunc  
motum ratione regulatum regulari motus inferioris ap-  
petitus. Vnde Aug. dicit in 9. de ciuit. Dei, qd iste

ARTIC. III ET III.

**F**motus animi, s. misericordia, seruit ratio  
ita praebetur misericordia, vt conferunt  
ue cum indigenti tribuitur, sive cum respon-  
teti. Et quia ratio virtutis humane est  
motus animi ratione reguletur, vt eximi-  
patet, consequens est misericordia effi-

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod  
illa Salutis intelligitur de misericordia  
quod est passio ratione non regulari, sive  
consilium rationis, dum facit a nullius dif-

**A D S E C U N D U M** dicendum, quod  
loquitur de misericordia, & nemesis, scilicet  
uirtus est passio, & habent quidam com-  
tem ex parte estimationis, quam habent  
lienis, de quibus misericors dolet, inquiet  
mat aliquem indignatam. Nemesis autem  
in quantum estimat aliquo s. digne partem  
si indigna bene accidat. Et uirtus est  
& ab eodem more descendens, ut ibidem  
sed proprie misericordiae opponitur multa  
dicitur.

**AD TERTIUM** dicendum, quod gaudi & pa-  
ijciunt super rationem boni, quod est ob-  
tatis: & ideo non requirunt alitas virtutis, q  
teni: sed misericordia respicit quando-  
rationem, scilicet in seriam eius, cum me-  
mo.

**AD QVARTVM** dicendum, quod inter-  
cundum quod est virtus, est virtus incor-  
sistentes existens, & reducitur ad illam me-  
mo que dicitur nemesis, quia ab eodem mo-  
vit in 2. Rhetor. \* dicitur. Has ante me-  
sophus non ponit virtutes, sed passiones, secundum  
quod sunt passiones, laudabilis, tam  
prohibit, quin ab aliquo habitu con-  
ueniant, & secundum hoc allium rati-

ARTICVLVS IIII.

**V**irtus misericordia sit maxima  
uirtus.

**A D QVARTVM** sic procedi-  
tur. Videtur, quod misericor-  
dia sit maxima virtus. Maxime  
enim ad uirtutem pertinet vide  
tutus diuinus: sed misericor-  
dia cultus diuinus prefertur, secun-  
dum illud Osee 6 & Matth. 12. Mi-  
sericordiam volo, & non sacrificium:  
ergo misericordia est maxima  
virtus.

**¶ 2 Prat.** Super illud i. ad Tim. 4.  
Pietas ad omnia virilis est. \* dicit  
glos. Ambrosij. Omnis summa di-  
sciplina christiana in misericor-  
dia & pietate est: sed disciplina  
christiana continet omnem vir-  
tem: ergo summa totius virtus  
in misericordia consistit.

**¶ 3 Prat.** Virtus est, quae bonum  
facit habentem: ergo tanto aliquis  
virtus est melior, quanto facit ho-  
minem Deo similiorem: qd per ho-  
mem melior est homo, qd Deo est  
melior. Et hoc maxime facit mi-  
sericordia, quia de Deo dicitur in  
Psal. 144. Quod miserationes eius  
sunt super omnia opera eius. Vnde  
& Luce 6. Dominus dicit. Estote

ponitur superior & melior, sed non ceteris virtutibus, ad quas tam in litera comparatur. Et confirmatur: Quia licet inservire, & subvenire sit superior in taligenere, non tamen simpliciter: si cur generare fisi simile est perfecti, non tamen perfecti simpliciter in tali genere. Stat enim, quod aliquid impotens generare, ut angelus, sit perfectio omni generatio-

misericordes, sicut & pater vester misericors est. misericordia igitur est maxima uitrum.

**S E D C O N T R A** est, quod dicit Apostolus ad Colossens. 3. cum dixisset, Induite uos sicut dilecti Dei uisera misericordiae &c. postea subdit, Super omnia charitatem habere: ergo misericordia non est maxima uitrum.

**R E S P O N.** Dicendum, quod aliqua uitrus potest esse maxima duplicitate. Vno modo, secundum se: alio modo per comparisonem ad habentem. Secundum se quidem misericordia maxima est. Pertinet enim ad misericordiam, quod alii effundant: & quod plus est, quod defectus aliorum subleuer, & hoc maxime superioris est. Unde & misericordia ponitur proprium Deo, & in hoc maxime dicitur eius omnipotentiam manifestari. Sed quo ad habentem,

Dicitur, quod si pater ex di-  
cuntur, qd misericordia  
est maxima utroque modo & secundum  
modo quo ad habentem.  
Virutque tam  
opponunt uterum  
uerum quia charitas  
Dei, quod si pater ex di-  
cuntur, qd misericordia  
est maxima uterum  
qui melior est Deus, formaliter loquen-  
do, charitatem, quam misericordia.

**A**ccidentem huius praeceptum est sensus distinctionis litterae, cum dicatur, quod aliqua virtus potest esse maxima duplicitate, uno modo secundum se, alio modo per comparisonem ad habentem, intendit siquidem, qd uitrus duplicitate, potest dici melior, vel melior. Aut quia est melior habent illam, quia feci et facit illam, mehore quam faciat eundem alia uitrus. Aut quis secundum seipsum, lecula habitudine ad habentem, ponit maxime bonitatem, hic est sensus terminorum, & distinctionis.

**D**icitur autem magnitudo uitris secundum se penes perfectio-  
nem, qd simpliciter summa exigunt seipsum, & non penes ob-  
iectum, aut modum: quoniam si uitrus aliqua secundum seipsum,  
soluta habitudine ad habentem, exigit simpliciter & absolute  
hunc aliorum in seipsum perfectionem, quam alia uitrus, con-  
tra qd secundum se major illa. Dico autem simpliciter, & ab-  
solutorum uitrum, que ex modo operandi exigunt  
maxime perfectionem in se. Verbi gratia, Diligere Deum infiniti-  
te, exigit in charitate perfectionem infinitam, quam tamen non  
ergo diligere Deum simpliciter & absolute, & simile est in aliis.  
Oportet ergo ut uitrus secundum se maxima non ex modo, sed  
ex ratione ut specie exigat in seipsum perfectionem, maximum.  
Inveniendum est ergo an hoc coenitientia misericordia. Ex actis autem  
eius apparet, quod misericordia in seipsum exigunt unitatem: a  
qua. Nam si distinguimus misericordiam in misericordiam  
littere, & misericordiam respectu talis, vel talis miseria, in-  
mus, quod qua ratione misericordia respectu talis miseria,  
qua paupertatis, immunitatis est ut sic, quia si pauperatus; ad ipsam  
spectando sublevar, paupertatem in eadem ratione misericor-  
diam simpliciter & absolute libera est a miseria, quia cuius est suble-  
vare a miseria non hac, vel illa. Et quoniam omnis potentialitas  
misericordia est, propter quod omnem creaturam misericor-  
diam habebit, & subiecta esse aliquo modo, est ut misericor-  
diam secundum se exigat in seipsum, superioritatem rale, ac tam, ut  
actus parus sit, ut lumina natura sit. Deus fit. Et propterea Deo  
proprium ponitur misericordia, & eius omnipotentiam, que super a-  
dam est pura fundatur, an nifessare. Et hec uidetur incon-  
veniens, si qua aduentum est, qd quia coaffiderat misericor-  
diam secundum se eleua, et super virtutem ordinem, que sunt di-  
stinctiones perfecti ad optimum extinxit, aut quod bonum redi-  
cat habent, & huiusmodi singularis est doctrina hic tradi-  
ta. Et alii sequentes in tractatu de iustitia, & humilitate & pa-  
ter, & tantum res aliorum ordinis, quam sit uitrus, remota est.

**E**t ad primam ergo obiectum dicimus, qd tam offensu est penes

**A**quid attenditur quantitas virtutis secundum se, scilicet secundum perfectionem, quam in seipso exigit seipsum respectu ad habentem. Perfectio autem virtutis ex obiecto, per se & essentialis est virtus: sed ad eam rationem perfectionis in virtute spectat, qua bonum reddit habentem. Habenti secundum virtutem me-

lius est circa nobilio-  
rem materiam versa-  
ri. Secundum se autem  
virtus potest aliunde  
excellenter maiorem  
exigere, vt pater ex*dictis*,  
propter qd chari-  
tas in ordine ad ha-  
bentem, est maxima  
virtutum: misericor-  
dia autem secundum  
se.

**C** Ad obiectione ve-  
rò primam contra mo-  
tuu littera, dicitur, quod quia ad miseri-  
cordiam spectat sub-  
levar, misericordiam, &  
misericordia opponit ma-  
xime virtutibus, ut  
potest in eorum oppo-  
situm quasi consilens,  
ideo oēs virtutes, ut  
a miseria reducibles  
ad bonitatem, subsunt  
misericordia. Et pro-  
pterea si misericor-  
dia praefat omnibus  
misericordibus, praefat  
quoque omnibus  
virtutibus: quas mi-  
sericordia offerit nata est lar-  
giri.

**A**d primum ergo dicendum,  
quod Deum non colimus per ex-  
teriora sacrificia, aut munera pro-  
pter ipsum, sed propter nos, &  
propter proximos. Nō enim indi-  
git sacrificia nostris, sed utili sibi  
ca offerri propter nostram deuo-

**B** Ad secundam autem  
dicitur, quod misericordia talis est perfectionis in genere: sed mi-  
sericordia simpliciter, est perfectionis simpliciter summa: unde  
non potest aliorum ordinis virtus dari.

**C** Ad tertium demum dicendum, quod licet praepare sit etiam super  
prioris, longe alius tamen misericordia est superioris: quia praepare  
est superioris in motione intimatione, misericordia vero est superioris  
in sublatione a miseria: & sic misericordia comparatur ad praepare-  
re, ut in particulari: quia & praepare quoddam miseri-  
ciendi & ut actus efficax ad actum abstrahent ab efficacia. Contingit  
autem, qd misericordia non obediatur. Misericordia autem non in preparacione ani-  
mi, sed perfectum, efficax est, alioquin a miseria non sublevarer.

**D** Ad alterum dubium de misericordia in Deo dicitur, quod miseri-  
cordia secundum se est maior charitate secundum se, vt in litera di-  
citur, propter rationem dictam. In tali autem habente utramque  
scilicet in Deo, videtur mihi quod formaliter loquendo, praesci-  
pendo, ut inimicorum misericordiam, & charitatem, charitas sit melior,  
quia melius est Deo diligere se, quam sublevar cetera a miseria:  
sicut melius est lucido habere in lumine, quam illuminare alia.  
Sed quia misericordia Dei supponit & includit charitatem: quia, vt  
in responsione ad 1. art. secundum huius questionis dicitur,  
Deus non misericordia, nisi propter amorem, in quantum amat nos  
tamquam aliquid sui, & addit super illam, sicut lucens addit su-  
per lucidum in se. Et ab solito loquendo, melius est lucere, quam  
lucidum in se esse tantum. Et ve dicitur in 1. rhetor. virtus est po-  
tentia beneficita: ideo simpliciter loquendo, misericordia Dei,

etiam in ipso Deo, melior est quam charitas, virope excedens sup-  
ponit charitatem suam ad beneficendum omnibus, sublevan-  
do omnium miseras. Et propterea in litera dicitur, quod miseri-  
cordia non est maxima habent, nisi habens sit maximus. Et sic  
pater, quod misericordia & secundum se, & in Deo est maxima  
virtutum. In creaturis autem misericordia non est maxima vir-  
tutum, quia melius est eis coniungi superiori, quod sit per virtutes  
theologicas, quam habere misericordiam, que non elevant  
sublimitatem simpliciter: quia in nulla creatura potest haberi mi-  
sericordia simpliciter & absolute, sed talis tantum. Repugnat si-  
quidem hoc creature non solum pura, sed etiam anima Christi,  
non minus quam virtus creativa simpliciter. Propter quod mis-  
erationes Dei sunt super omnia opera eius.

**E** In eodem quarto art. duo dubia reflantur: Primum de compara-

tione misericordia ad reliquias virtutes, que sunt ad proximum:

quod tractatis omnibus virtutibus videndum est. Secundum in

responsione ad primum. Quoniam sacrificio exteriori non co-

linimus Deum propter seipsum, sed propter nos, & proximos: quod in

tractatu de religione videndum est.

Super

## QVAEST. XXXI.

tionem, & proximorum utilitatem. Et ideo misericordia, quia subuenitur defectibus aliorum, est faciūcūm ei magis acceptum, ut pote propinquius utilitatem proximorum inducens, secundum illud Hebræo. ult. Beneficentie, & communione nolite obliuisci, talibus enim hoīis promeretur Deus.

**A D S E C V N D U M** Dicendum, quod summa religionis christiana in misericordia consistit, quantum ad exteriora opera, interior tamen affectio charitatis, qua coniungimur Deo, præponderat & dilectioni, & misericordia in proximos.

**A D T E R T I U M** Dicendum, quod per charitatem assimilamur Deo, tamquam ei per affectum uniti, & ideo potius est quam misericordia, per quam assimilamur Deo per similitudinem operationis.

**¶ Super quest. trigesimæ prima articulū primū**

**I**N q.31. ar. 1. in responsione ad prium, collige, quod licet benefacere sit actus charitatis in quo liber, non tamen in quolibet est actus respectu cuiuslibet. Potest namque charitas Dei benefacere; potest etiam charitas hominis, & angelib[us] nefacere: sed charitas creature non potest benefacere Deo, sicut nec est Deus potest benefacere sibiip[s]i, quia nihil potest Deo boni accrescere.

**¶ Tertio,** Vtrum beneficentia sit magis coniunctio.

**¶ Quarto,** Vtrum beneficentia sit virtus specialis.

## QVAESTIO XXXI.

**De beneficentia, in quatuor articulos divisa.**

**D**EINDE considerandum est de exterioribus actibus, uel effectibus charitatis. Er primò de beneficentia. Secundo, de elemosyna, que est quedam pars beneficentiae. Terterio, de correctione fraternali, que est quedam elemosyna.

**CIRCA** primum queruntur quatuor.

**¶ Primò,** Vtrum beneficentia sit actus charitatis.

**¶ Secundo,** Vtrum sit omnibus beneficiari.

**¶ Tertiò,** Vtrum magis coniunctio.

**¶ Quarto,** Vtrum beneficentia sit virtus specialis.

## ARTICVLVS PRIMVS.

**Vtrum beneficentia sit actus charitatis.**

**A D P R I M U M** sic proceditur. Videtur, quod beneficentia non sit actus charitatis. Charitas non maxime habetur ad Deum: sed ad Deum non possumus esse beneficium illud Iob 35. Quid dabis ei? aut quid de manu tua accipieret? ergo beneficentia non est actus charitatis.

**¶ 2** Præterea. Beneficentia maxime consistit in collatione donorum: sed hoc pertinet ad liberalitatem: ergo beneficentia non est actus charitatis, sed liberalitas.

**¶ 3** Præterea. Quod quis dat, uel dat sicut debitum, uel dat sicut non debitum: sed beneficium quod impenditur tamquam debitum, pertinet ad iustitiam: quod autem impenditur tamquam non debitum, gratis datur, & secundum hoc pertinet ad misericordiam: ergo omnis beneficentia uel est actus iustitiae, uel est actus misericordiae, non est ergo actus charitatis.

**SED CONTRA.** Charitas est amicitia quedam ut dictum est: sed Philosophus in libro Ethicorum inter alios amicitia actus ponit hoc unum, quod est operari bonum ad amicos, quod est amicis benefacere: ergo beneficentia est actus charitatis.

**R E S P O N S I O.** Dicendum, quod beneficentia nihil

**F**aliud importat, quām facere boni alicui tem hoc bonum cōsiderari duplicit. Vsecundum cōm rationem boni, & hoc communem rationem beneficentie, & hanc amicitia, & per consequens charitatem. Ad dilectionis includitur benevolentia, per aliquis bonum amico, ut supra habuitas autem est effectua eorum, quae vult, sed adit: & ideo ex consequenti beneficentia, & huius dilectionis sequitur. Et propter sententia, secundum communem rationem, uel charitatis actus. Si autem bonum, & facit alteri, accipiat sub aliquo speciale nominis, sic beneficentia accipiet speciale ratione, pertinabit ad aliquam speciem uirtutis.

**G A D P R I M U M** ergo dicendum, quod dicit quarto capitulo, de diu. nomi. Amoris dñi, ad mutuam beatitudinem, & invenit in superiora, ut ab his perficiatur, & mouet ad inferiorum prouisionem: quod hoc beneficentia est effectus dilectionis. Instrumentum non est Deo benefacere, sed cum nos ei subiiciendo: cius autem est ex ha[n] nobis benefacere.

**A D S E C V N D U M** dicendum, quod dñe donorum duo sunt attendenda, quae est exteriorum datum: aliud autem est interiorum, quam habet quis ad diuitias, in eis delectat liberalitatem autem pertinet moderatio suacionem, ut scilicet aliquis non superercentio, & amando diuitias: ex hoc enim dñe facile emissius ditituarum. Unde si aliquod donum magnum, & tamen concupiscentia retinendi, dñe non est ex parte exterioris dati, collato beneficentia generali ad amicitiam, vel charitatem. Vnde derogat amicitia, si aliquis rem, quam retenire, dat alteri propter amorem, sed ostenditur amicitia perfectio.

**A D T E R T I U M** dicendum, quod fieri seu charitas recipit in beneficio collatione rationem boni: ita iustitia recipit in beneficio rationis. Misericordia vero recipit in beneficio misericordie, uel defecuum.

## ARTICVLVS II.

**Vtrum sit omnibus beneficendum.**

**A D S E C V N D U M** sic procedatur. Videatur, quod non sit omnibus beneficendum. Dicit enim Augustinus in libro de doctrina christiana, quod omnibus prodefens non possumus: sed virtus non inclinat ad impossibile, ergo non poterit omnibus beneficere.

**¶ 2** Præterea. Ecclesiastes 12. dicitur, Da bono, & non recipias peccatores: sed multi homines sunt peccatores: non ergo omnibus est beneficendum.

**¶ 3** Præterea. Charitas non agit perperam ad Cor. 13, sed beneficere quilibetam, & tam, puta, si aliquis beneficiat inimicos, & si beneficat excommunicatos, & si communicat: ergo cum beneficere illis, non est omnibus beneficendum.

**SED CONTRA** est, quod Apollonius